

142
00047
POENITENTIA GLORIOSA

MAGDALENA.

ORATORIVM

AB ANTONIO POLITAVRO
COMPOSITVM.

ET MVSICIS CONCENTIBVS

A IOANNE BAPTISTA IANSETTO

CONCINNATVM.



ROMÆ, Ex Typographia Dominici Antonij Herculis.
M D C L X X V.

SVPERIORVM PERMISSV.

1074

FOUNTAIN GARDEN
MAGDALENA

LOCUTORES:

**SALVATOR,
IOANNES,
MAGDALENA,
MARTA,
SIMON PHARISAEVS.**



UNIVERSITY OF NORTH CAROLINA
CHapel Hill
MUSIC LIBRARY

ARGOMENTO. ³



ER esser sì nota l' Istoria della Madalena si rappresenta solamente nell' Oratorio essere comparsa nel-

la Città di Bettania la Penitenza per stabilire iui la sua Sede, volendo valersi d'vna gran Peccatrice per perfettissima sua Idea, e specchio, acciò resti con essa tutto il Mōdo animato; Marta l' esorta à quella, e perche Madalena vuole presistere ne suoi piaceri, dispreggia la Penitenza; Il Salvatore con Giouanni entra nella Città di Bettania per rendere Madalena amante, e Penitente .



Nella Seconda Parte.



Arta confida con Madalena essere amante del Salvatore descriuendole le sue rare bellezze l' inuoglia à vederlo, e incontrandolo nel mentre che predica alle Turbe ne resta consolata, e conuertita, e in casa di Simon Faririseo gli son rimesse tutte le colpe con restare Amante del sommo Amore, e gloriosa Penitente.



MELOS PRIMVM.⁵

Mar.



Oror amabilis
Magdala cara
In fide labilis,
Sensus auara,
Soror amabilis,
Magdala cara

Audi, audi
Modo Bettaniæ in Vrbe
Apparens Penitentia,
Hic fundare decernit
Primeuam suam sedem
Peccatricem in hæredem
Anhelat nunc vocare,
Et cum illa Orbem Vniuersum animare.

Magdala vana
Sola tu potes,
Referre has dotes,
Mulier profana,
Magdala vana.

Mag.

Marta, Marta, quid dicis
Ineptè quid loqueris
Pœnitentiam horresco.
In meo corde, quo vigent amores,
Voluptatis dulcedines veræ,
Pœnitentiæ plorantis feueræ,
Locum diri non habent rigores,
In meo corde &c.

à 2. *Mar. & Magd.*

| | | | |
|--------------|-------------|---|------------|
| <i>Magd.</i> | Terribiles | } | pœnæ |
| <i>Mar.</i> | Optabiles | | |
| <i>Mar.</i> | Quæ Celi | } | constantem |
| <i>Magd.</i> | Quæ Terræ | | |
| <i>Mar.</i> | Delectant | } | amantem |
| <i>Magd.</i> | Affligunt | | |
| <i>Mar.</i> | Sunt dulces | } | Catenæ |
| <i>Magd.</i> | Sunt duræ | | |
| | Terribiles | } | pœnæ |
| | Optabiles | | |

Mar.

Mar. Gementem
Penitentem
Confido te videre,

Magd. Inter voluptates volo manere.

Mar. Cælo resistere
vis soror mea
Nec vis desistere.
A' culpa rea.

Sal. Est Mulier in Ciuitate Peccatrix
Maria, quæ vocatur Magdalene
Castissimo meo amore
Charitatis ardore
Impudicum eius amorem
Statim prorsus extingam,
Et postea Pœnitentia illam astringam,
Amoris telum
Infigam cordi
Culparum fordi,
Succedet Cælum.

*Luc. c.7.
v. 37.*

Io. Domine, mi Domine
Vanam mulierem alloqui cupis.
Si fera
Megæra
Peccatrix
Amatrix
Amandi veniet spe.
Pharisæi,
Et Hebræi,
Exclamabunt,
Suffurabunt,
Et detrahent de te.

Sal. Peccatricis lacrimæ
Pharisæos sedabunt
Offensam
Immensam,
Angores,
Dolores
Tergebunt;
Delebunt
Qui iam latentes sunt.

Io. Improbos, impios desere Rex,
Iustos onustos colere sat,
In his honor, & amor si stat,
Sic florebit, nitebit tua lex.
Sal. Misericordiam volo, & non sacrificium,
Non enim veni vocare iustos, sed Peccatores.

Math. 9.
d. 13.

Nolo mortem Peccatoris
volo in me, ut illi viuant,
Qui pro me solum respirant,
Ego sum amor amoris,
Nolo mortem &c.

Ezechiel
33. d. 11.

à 2. Sal. Sum salus, & vita

Io. Tu salus, & vita

Sal. Amplector
Complector

Io. Dignaris
Sectaris

à 2. Peccantes
Dolentes :

Vt spes infinita,

Infesti

Scelesti

Confidant in me

Confident in te.

Simon.) Simon sum Pharisaus
Sed crimine non reus
Ad te Prophetam accedo
Tuis verbis firmè credo
Solum audeo te orare.
Ut meos modo velis visere lares.

Præcepta, quæ tu doces

Discere spero,

Tuas audiendo voces

Anxius ero.

Sal. Pharisææ tu rogas me
Veniam, & discumbam cum te.

Simon. O' fors mea læta,
Tu iam accedes
Meas ad ædes,
Nouus Prophætâ.

O' fors &c.

Mar.

Mar. Quid agis, quid decernis,
 Ah Magdala ? pœnis consule æternis.
 Te Pœnitentia expectat.

Mag. Pompa, & voluptas me nimis delectat.

Mar. Sunt Pompæ mentitæ,
 Quæ ligant tuum pectus,
 Ad exitum vitæ
 Tuus pergit aspectus.


Mag. Hæc verba me molestant
 Dilecta soror mi
 Et gaudia mea funestant,
 Sed quæstus sine vi.

Mar. Mutabilis vt Scena
 Infidus Mundus stat,
 Occulta sua venena
 Ridendo semper dat.

Mag. Dulcis Iuuentus viret
 Vt gratus veris flos,
 Et pœnas si subiret,
 Liqueceret, vt ros.

à 5.
 Qui gaudet Mundo,
 Risu iucundo,
 Certè plorabit,
 Erunt terrenæ
 Lætitiæ, pœnæ,
 Et Pœne Terrenæ
 Erunt lætitiæ
 Cœli deliciæ;
 Sic formosa
 Gloriosa
 Pœnitentia triumphabit.

MELOS SECVNDVM⁹

Mar.  Eum cor ardet amando
 Solem cælitum micantem,
 Deum verum, & amantem,
 Quem anhelo suspirando
 Meum cor &c.

Magdala redeo ad te.

| | |
|-------------------------|------------------------|
| <i>Mag.</i> Quid cupis. | <i>Mar.</i> Amorem, |
| <i>Mag.</i> A quo | <i>Mar.</i> A dilecto, |
| <i>Mag.</i> Vbi est | <i>Mar.</i> Expecto, |
| <i>Mag.</i> Suspiro | <i>Mar.</i> Decorem, |
| | a 2. Vt Solem micare |

Et illum nostrum cor debet amare.

| | |
|-----------------------|-------------------------|
| <i>Mar.</i> Videbis | <i>Mag.</i> In spe, |
| <i>Mar.</i> Quem volo | <i>Mag.</i> Suspiratum, |
| <i>Mar.</i> Expecto | <i>Mag.</i> Amatam, |
| <i>Mar.</i> Volabit | <i>Mag.</i> Ad te, |
| | Et cedes dolori, |

Dilectum expectare, est dulce mori.

Mag. Non plus importunæ
 Sororis vexabunt
 Me voces, cessabunt,
 Sunt dona fortunæ.

2. Non mæsta suspiria,
 Sororis audacis,
 Non quietem meæ pacis
 Plus rumpent deliria.

Marta amatrix est amantis,
 Quem agnoscere cupio,
 Aferit esse Solem
 Amantem verum, sed Deum,
 Anhelat quem videre ardens cor meum.

Marta quem amas
 Videbo ne?
 Illum si clamas
 Veniet ad te.

Mar. Est mea cupido
 Te consolati,
 Aman

Amanti fido
Te famulari .

à 2. Dulcis amoris, ò mira fors
Fortis est amor , fortis vt mors .

Can. c. 8.
à 6.

Mar. Apertam per hanc viam
Video gentem , & turbam
Properè cumulari ,
Magdala ?

Magd. Fortasse venit amans !

Mar. Propè hic est,
Veni mecum noli tardare

Magd. Venio .

Mar. Audi , & vide si cupis amare .

Sal. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus
peccatis suis , quæ operatus est , & custodierit omnia
præcepta mea , & fecerit iudicium , & iustitiam vita
viuet , & non morietur .

Ezechiel
cap. 18.
à 21.

Solum placant peccantes dolentes
Fortes iras mei iusti rigoris ,
Illi possunt irati furoris ,
Retinere sagittas horrentes .

2. Impietatis me fauciat telis ,
Crimen noxium culpæ lethalis ,
Ictus vulnera sanat crudelis ,
Poenitentia medela vitalis .

Io. Phariseæ ?

Pha. Ioannes .

Io. Dominus , & Saluator
Modo petit tuam domum

Pha. à 2. Expecto seucire
& Io. Ei frenat , qui terras ,

Io. Tù certè non erras

Io. Vidisti has gentes

Pha. Iam vidi has gentes

à 2. Eas voce ferire
Astando præsentem ,
Vidisti
Iam vidi &c.

Io. Vox inaudita
Regis tonantis ,

-BNA

Cor-

Corda sopita
Quatit peccantis .

Magd. Hoc saxum pectus
O' soror amata
Hic ferit dilectus
Sagitta vibrata .

Magd. Sum præda doloris
Me consolare .

Mar. Te cupit sanare
Numen amoris .

Magd. Quo pergit ah *Marta*, properemus cum eo .

Mar. In Domo *Pharisæi* illum reperiemus .

Sal. O' *Simon* tuæ domi , qui me querent ,
Illos admittas quamvis discumbam .

Simon. Gentes per plateas iam te videbunt .

Sal. Omni tempore , & vbique,
Volo omnes excipere .

Simon. Hic adest *Magdalena* .

Magd. Mea crimina ploro ,
Et pompas contemno
At fœdere æterno
Te *Iesum* adoro .

Ah lacrimæ meæ caræ
Stillate vos frequentes
Si culpæ sunt horrentes,
Hæ *Deum* valent placare
Ah lacrimæ &c.

Dilectæ mi *Domine*
Meis capillis tergam sacros hos pedes ,
Et eos osculari mihi concedes .

Simon. Hic si esset *Prophæta* sciret utique, quæ, & qualis
est mulier, quæ tangit eum, quia *Peccatrix* est . *Luc. c.7.*
à 39.

Hi linguæ meæ silentis ,
Non sunt prompti sermones
At sunt occultæ mentis
Hæ cogitationes .

Sal. *Simon* habeo tibi aliquid dicere *Luc. c.7.*
à 40.

Simon. Magister dic .

Sal. Dico tibi , *Luc. c.7.*
à 47.
Remittuntur ei peccata multa,

Quoniam dilexit muleum :

Pbar.

Peccauit

Sal.

Amavit

Mar.

Et plorat

Io.

Et orat ,

Magd.

Deus venit in me .

Omnes }

Iam nescit timere

Qui scit amaro fletu culpas delere.

Mar.

Astra nitida cęli ridentis

Dilatate vos lucidas faces ,

Et meę Magdalę pœnitentis

Operite vos culpas edaces .

Astra &c.

Luc. c. 8.

d. 48.

idē d. 50.

Sal.

Mulier rimituntur tibi peccata

Fides tua te saluam fecit vade in pace .

Magd.

Ah Iesu mea vita

Me linquis plorando ,

Hic moriar amando ,

O' spes infinita .

Antra horrida expectate

Peccatricem lacrimantem ,

Non plus Mundi , at Dei amantem ,

Et suam sedem vos parate .

Antra horrida &c.

Rigores Pœnitentię , & dirę Poenę ,

Amorem cum Deo stringunt , vt Catenę .

Semper sint læta

Corda ardentia ,

Cum Pœnitentia ,

Astra sunt mæta .

L A V S D E O .

